



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia
illustrata: facundissimis ...

Sive Eivsdem Historia Ecclesiastica Anglorum, Vitæ Aliquot Sanctorvm, Et
Martyrologium

Beda <Heiliger>

Coloniæ Agrippinæ, 1688

Vita Divi Attalæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71990](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71990)

habitarer, Dei consuli astum est, dum ille penes Mediolanum urbem moraretur, ut hæresis eorum fraudes, id est, Arriana perfidiae, Scripturarum cauterio disscerpere ac dileccare veller: contra quos etiam libellum florentis scientiae edidit. Vir quidam, nomine Jocundus, ad regem venit, qui regi indicat se in solitudine rūibus Apenninius basilikam B. Petri Apostolorum principis scire, in qua virtutes expertus sit, fieri: loca ubertate fecunda, aquis irrigua, piscium copiam. Quem locum veterum traditio Bolumbiuncupabat, ob rivum in eo loco hoc nomine fluentem: amneque alium profuentem, nomine Treviam, super quem olim Hannibali hyemans hominum, equorum, elephantorum, atrocissima damna sensit. Ubi cum vir Dei venisset, omni cum intentione basilikam inibi semirutam reperiens, prisco decori renovans reddidit, in cuius restauratione mira Dominus virtus panditur. Nam cum per præruptos saxorum scopulos trabes ex abieribus inter densa saltu loci inaccessibilibus caderent, vel alibi cæsæ, inibi casu elapsæ aspero aditum plausitorum dene- garent, mirum in modum trabem, quam vix triginta vèl quadraginta plano terra positam solo vehere valebant: ibi cum duobus vel tribus, prout ardui callis meatus patet, vir Dei accedens, suis ac suorum humeris immane pondus imponebat: & ubi anteà pro aperitate itineris liber gressu vix graderentur, onerati mox trahium ponde- re festini gradiebantur: ut versa vice qui onera ferrent, ac si ab aliis veherentur, firmis vestigiis, velut otio vacantes, ovantes irent. Videns itaque vir Dei tanti auxiliis supple- mentum, sios hortatur, ut arreptum opus lati perficiant, animoq[ue] roborati eò confistere in eremo studerent, Dei que hoc voluntatis est affirmat. Secùdū itaque templi culmine, murorum restaurat ruinas, ceteraque, quia ad monasterii necessitatibus pertinent, construere parat. Inter ea memoratur Clotharius viri Dei prophetæ effectum in se fuisse implatum, cernens venerabilem Eustafium, qui eius in loco Luxoviense monasterium regebat, ad se venire impetrat: quem pio affaminè rogat, ut libi cum supplemento publico legatione fungi cureret, sociosque quos velle nobilium viororum haberet, qui si vadimonii arbitri essent, postquam beatum Columbanum pergerent, quocunque reperissent in loco, elegantique suauis ad se venire hortarentur. Perrexit itaque venerabilis discipulus, magistri vestigia prosecutus: qui cum ad eum venisset, Clotharii verba deprimit. Vito ergo Eustafio, beatus Columbanus gavisus, recepti muneri aditu gratulabatur: retentumque penes se aliquantis per hortatus, ut sui laboris reminisceretur, cohortem fratrum disciplina habens eruditum, multorumque collegio Christi plebem adiunxit, suisque infinitis educaret. Dimisum ergo post hac ad Clocharium iuber, talibusque responsis regias mulcere imperat aures, seque retrò repadare nullatenus ratum ducere: tantummodo poscere, ut sodales suos, qui Luxovium incolebant, regali administriculo ac præsidio foveret, & literas castigatio- nium effamino plena regi dirigat. Gratissimum autem munus rex velut pignus foderis viri Dei ovans recepit, nec ejus petitioni oblivionis noxam præponit, omni præ- sidio supradictum monasterium munire studet, annuis censibus dictat: terminos undique, prout voluntas venerabilis Eustafii erat, augat, omnime conatu ad auxilium inibi habitantium ob viri Deiamorem intendit. Porro beatus Columbanus, expleto anni circulo, in antedicto cenobio Bobiensi vita beata funtus animam membris solutam celo reddidit IX. Calendis Decembribus. Cujus strenuitatem si quis nōs velit, in ejus dictis reperiet. Reliquiae autem ejus eo habentur in loco conditæ, ubi & virtutum decore pollent, præfule Christo, cui est gloria per omnia secula seculorum. Amen.

S A N C T I C O L V M B A N I
vita finis

Beda Tom. 3.

S A N C T I A T T A L Æ A B B A T I S V I T A .

CUm venerabilis P. Columbanus de hac luce migrasse, omni religione laudabilis Attala in locum eius subrogatus est, cuius post magistrum virtutes clarae fulserunt: qui Burgundionum ortus generere, nobilis natione, sed nobilior san-ctitate, pericula vestigia magistri secutus est. Huius autem beati viri rudimenta, qualiter inter ipsa fidei primordia uberem à Domino profectum invenerint, prætermittem- dum non est. Igitur dum à patre nobili liberalibus literis imbutus fuisset, Argio quondam Pontifici ab ipso genito- re commendatus est. Sed bona indolis puer, nihil ibi utili- tatis, aut disciplina spiritualis se agere dolens, copit mente ac spiritu ad potiora tendere, & ad altiora anhelare: dedit ergo operam, ut, præpositis totius mundi phaleramentis, monachorum jungeretur cohorti. Clam itaq[ue] à sodalibus progressus, duobus pueris contentus, ad Lirinense cenobi- um venit. Quo in loco aliquandiu degens, vitamque suam, quā potuit innocentia, cultodiens, cum cerneret mo- nachos ejusdem cenobii nequaquam regulari disciplina colla submettere velle, copit anxiò corde trutinare, quo potioris consilii aditus pandetur ei. Progressus ergo inde, ad B. Columbanum Luxovium venit: quem vir sanctus cùm ingenii sagacis solerter esse cerneret, suo ministerio conjunxit, atq[ue] in omnibus divinis eruditioribus informare, & ad perfectum instruere cepit. Cumq[ue] B. Attala in omni religione jactantem perfectus ad unguem, egregie ac strenue post magistrum patremq[ue] suum Columbanum supradictum cenobium regeret, & in omnem disciplinam regularis tenoris mentes fratrum provocaret, copit contra eum antiqui hostis versutia lethifera discordia virtus noxiis istibus laxare, excitans & instigans adversis eum aliquorum corda subditorum stratum, qui misitando, ac sacra religioni derogando, dicebant se nimiam austerita- tem fervoris non posse ferre, & ardor disciplina rigorem portare non valere. At ille, ut erat sacro semper animo di- vina moderamina gestans, pia fomenta praebere, & salutis antidoti, quo sanies putrefacta amputatur, potum dare statuetis, tumentia corda mollire nicebatur: multis pœncibus exorians eos, ut se non relinquenter, sed ardui iti- neris callem fortiter tenerent: reminiscentes, quia sancti patres per mortificationem carnis & contemptum praescientis vita regna celorum possiderent. Tandem cum nihil se proficere certeret, nec eos sanctorum patrum exemplis ad regularem distributionem inflectere posset, finit eos perti- naces abire. Poliquam ergo segregati sunt ab eo, alii eo- rum marinis sinibus recipiuntur, alii locum eremi ob li- bertatem habendam petierunt, & temeritatis intenti inibi positi, arroganter sua mox damnâ senserunt. Nam cùm in eisdem locis morarentur, & virum Dei suis detractionibus lanient, unus eorum, qui Roccolenus dicebatur, qui & iugitorum incrementa ministraverat, subiit ita febribus igneo accessu inter pœnarum incendia clamare cepit; ita, si valuerit, ad B. Attalam venire velle, & admisisi criminis damnâ penitentiae medicamento lenire. Nec mors, vix hec dicere licuit, itatim q[ue] obmittitur, ac extrellum halitum dimisit. At hi, qui aderant, videntes viri Dei injurias divina ultione vindicari, plurimi eorum ad virum Dei reme- bant, suasq[ue] noxas confitentur, se in omnibus, si recipian- tur, emendatores pollicentes. Quos vir sanctus miro gau- dio, ac si è luporum ore liberatas oves receperit, & suis in lo- cis singulos eorum relinquit. At verò alii, qui verecundia præveniente, vel arroganter vitio maculati redire nolue- runt, & datum penitentiam locum contemperant, diversis mortibus sunt direpti: ut matrifestè daretur intelligi, socios eos fuisse ejus, ad excitanda contumacia incremera, quem ultius divina percussit, ac propriece cùm ceteris veniam non meruisse. Nam unus eorum, Theodemundus nomine, securi percussus interiit: alius, dum pârvi fluminis alveum transmearet, irretitus poplitibus, per patavulari undam necatus est: tertius verò, qui Theodatius dicebatur, cùm se

carinæ credidisset, in mari demersus est. Videntes hæc, qui adhuc supererant, versunciā submota, ad B. patrem Attalam repedant: à quo mox benignè suscepit ac salvati sunt. Plura post hæc ab eo patrata miracula omnium in supradicto monasterio fratrum testimonio approbantur, inter quos ego positus, & beati viri ministerio deputatus renebar, de quibus etiam nunc aliqua disserere tentabo. Quodam tempore fluviolus, Bobius nomine, turbidus aquarum molibus ac rapaci cursu violenter defluens, ut solent torrentes ex alpium cacuminibus dilapsi, & imbris effusionibus austri, laxorum rupes & carborum congeries nimia vi tumescens & coacerbatur, molendinumque monasterii impetu valido suffodere, & totam jam officinam quatiens demergere nitebatur. Quo fragore auditu, custos molendini, nomine Agobodus, ad molendinum velociter currit, ut videret si tanti fragoris moles inibi diffundi dama generaret. Ubi cùm veniret, vidit, nisi celeri auxilio subveniret, cuncta deperire. Festinus igitur parvi Attala nunciandum credidit, ut solamina præbat, quatenus ex aquarum fluctibus saltem ædificia molendinæ liberari queant. Ad quem vir Dei ait, Vade, voca mihi Sinoaldum diaconum: tu verò stratu tuo receptum somnum cape, nec metu aliquo detentus sis, aut mortori mentem subficiias; erat enim mane, priusquam aurora funderet gratia lumina terris. Vocatus ergo Sinoaldus venit ad virum Dei, cui B. Pater Attala ait: Apprehendit baculo, quo sustinet, yade ad Bobium, imperantisq; voce dico ei ligno Dominicæ crucis præhabeo, ut istas definat perfodere ripas, nec præsumptuæ adiacia modum supplear, sed ad alia cedens littora, ista finat illæ, imperiisq; Domini se agnoscat recessum. Tunc Sinoaldus diaconus imperii patris obediens cum fidei adiminiculo pergit: impositoque ripa baculo, imperio fluvio ex viri Dei præceptis, innuente divina potentia, ab illo loco citius promoveri, aliq; collis latera violenter concuru perte. Mox obediens fluvius, relisto alveo, collis ad latera cedens, fluentio per ardua velut strictis ripis latices sustentabat, quoq; concava alvei patet, quo sustinente liquido fluenter. Jamque prorumpens sol, mundu ut lumen pandenter, surgebat, ceptaque Sinoaldus infra semetipium cogitans dicere, V adam, & video, si viro Dei violenzia fluminis hujus obediatur: venitq; ad ripam alvei, ubi stetit prius pleno tunc fluens: & cernens jam subito vacuus, spectabat qualiter ad alterius collis latera ex imperio patris cederet, ut ibi alveum, quo fluere posset, aperiret, felinusq; ad virum Dei venit, pars victorie trophyum nunciavit; cui vir Dei, Nullatenus, inquit, me in hoc secuilo vivente ulli dicere præsumas, ne forte proculdubio favor adulatorum corda plena virtutibus maculet. Quod vitium, quamvis diversi sint virtutibus dirati, ab omnibus tamen Sanctis eti studiosi virtutum atq; fungendum. Nam callidus hostis, dum in majoribus culpis Santos Dei maculare non valet, salem in minoribus & occultis tentat, ut polluat. Deinde cum in aliquo tempore unus monachorum, Fraimerus nomine, ad frumenta feminanda vomere tellorem excolet, mox sive firmatatem glebae firmitas fregit. Quam cùm prædictus frater compone conetur, subito in cippo levato ferramento pollicem de lava amputavit, soloque conditum superposita glebae sepultura tradidit: relictoq; vomere ad monasterium pergit, patrique statum in confessione humo prostratus prodit. Quod videns vir Dei. Ubi est, inquit, pars abscessi pollicis? at ille fatetur eam esse teret conditam, soloque sepultam. Male ille ait fecisti. Cur eam ad me non detulisti? Concito ergo gradu nulli causam indicans perge, sumptuamque eandem pollicitis partem hic deporta. Egressus ille pergit ad locum, effoscamq; pollicis portionem detulit ad virum Dei Attalam. Porro vir Dei suscipiens dannam pollicis, suisq; salivis ambo frusta liniens simul conjunxit: statimq; pollex carnis glutino compactus, velut ante fuerat, sanus sibi adhaesit, manuique & operi quolibet aptissime redditus est. Tunc pater sanctissimus imperato illi silentio, ne alicui hoc proderet, ut abierte, opusq; inceptum perficeret, iussit. O mira virtus omnipotenti Dei, que sic Santos in terris glorificat, ut frigida abscessisq; membra eorum interventu præstili-

nz sanitati atq; decori reddat. Idem etiam sanctissimus vir cum quadam tempore ad urbem Mediolanensem venisset, quidam ibi puerulus in extremis febrium anxietatibus positus vita tantum expectabat exitum: cuius parentes, auditio B. Attala adventu, fest no ad eum properant curru, eumque supplici prece, ut eis subveniat, depoficunt. At vii Domini, cum dissimilare & se excusat voluisse, illi eum flebibus & terrilibus sacramentis compellebant, ut circu puer moribundo subveniat, priusquam eum noxius ardor supreme hiatus vitalibus privet auris. Anxius ergo pater sanctissimus, ut est sanctarum mentium prudens & causa circumspetio, ne videlicet popularis favor bona opera virtutum polluat, Ita, inquit, ego si potero, quantocvls vos prosequar. Pergens ergo basiliicas martyrum sanctorum loca circuit, & pro infirmo puer precatur, ut meritis eorum confortata reddatur. Deinde ut promissa fidei impleret esse. Eum, ad infirmum festinus venit: fed ne quis largitori salutis preco existere laudis, latenter domum ingressus infirmum artigit, moxq; virtus divina sanctis favens precibus sanitati pristina ægrum reddidit: verum quia lumen in tenebris abscondi non potuit, parentes pueri in laudibus erumpunt, gratias simul conditoris referunt, qui ad suorum petitiones famularum pietatis lue aures accommodat. Erat nimis B. pater Attala singularis cuiusdam fervoris, singularis alacritatis, singularis caritatis in pauperibus & peregrinis. Noverat superbis resistere, humiliis subditus esse, lapientibus condigna redipendi, simplicibus mystica aperire, in solvendis ac componentibus questionibus sagax, adversus hereticorum procellas vigens ac solidus: fortis in adversis, sobrius in prosperis, temperat in omnibus, discretus in cunctis, redundans amore & timore in subditis. Redolebat ejus doctrina in disciplinis, nullus inter eos vel morore terribatur, vel nimis laetitia extollebatur. Cum ergo jam servum suum ab arumnis feculi resu conditor liberare vellet, monstrari sibi per visionem voluit, ut de mundo egressurus paratum in omnibus iter haberet, quinquaginta diem spatio suspenso, quo pararet iter venturum. Verum animus viri Dei non cognovit aperte, an istud eset exitus vita ejus, an ad alium locum esset progressurus. Præparat itaque diligenter cura septa monasterii, tegmina renovat, omnia roborat, ut si abierte, nihil imbecille dimitteret. Vehicula ad iter agendum componit, libros ligaminibus firmat, supellestilla ab aliis, diffuta aliis, corrupta renovari, calceamenta præparari, ut in omnibus his nulla sit tarditas, sed ad manus præfere omnia jubet; ipse vero se vigilis ac jejunis afficit, ita ut nunquam intentus ante in oratione persistet. Et ne cuiquam incredibile videatur, quod refero, aperte narrabo quid in me idem sanctissimus pater peregit. Cum jam novem annorum per circulum in monasterio conversatus fuisset, & se pere parentes mei postularent, ut eos ex ejus permissione visitarem, nec impetrare valuerint, quadam postea die, nullo exinde mentione faciente, ait: Vade fili festinus, & matrem fratremsq; visita, & nulla mora præpediente quantocvls revertere. Cum autem ego differeret, & temporis opportunitatem evenire in proximo dicerem (erat enim tempus nimii frigoris, tempus videl. Februario mensis), ille respondit, Accelera iter, quod dixi; nam ignoras, utrum in posterrum licet illud ageretibi. Datis ergo comitibus Blidofo presbytero & Ermenario diaconi viris religiosis, ad defensionem pervenimus locum, à monasterio distante centum & quadraginta millib. Ubi cum venimus, gratuita pietate à genitrix post tantorum intervallum annorum sufficiens sum: sed non diu genitrix oportet fructum domo. Nam eadem nocte febre corruptus inter incendia clamare cepi, me viri Dei precibus torqueri, ne inibi contra interdictum quantis per moram facerem: & si non me ciò submovens, quocunq; cum conamine potuissent, ad monasterium repudarem, me ciò morte preventum. Mater ad hæc meli? efe me ibi sanum scire, quam juxtae mori. Faret longi sunt diei exspectare dierum, vix etumpente aurora ad monasterium repedare studiuimus. Nequaquam ego cibi per triduum quicquid cepi, donec medii penè itineris loca pertingeremus. Festinibus ergo ac urgentibus me sociis, fospitare

rursum recepi: venientesq; ad monasterium, patrem nostrum Attalam jam febris detentum reperimus, ac morti proximum inventum lugebamus: ipse vero visis nobis gavilis est. Sicq; aperte cognovimus, viri Dei in hoc prævaluisse preces, ut me vis febrium urgeret, citad monasterii ante ejus exitum redire: qui cum adhuc ingens habitus supereffet, jussit se foris cellam fratrum administrice perduci. Ubi dum monachorum sustentaculo fuisset constitutus, aspiciens crucem, quam ipse in eodem loco poni præcepérat, ut ingrediens egrediensq; cellulam ejus, intuitu frontem suam & cor muniret, cœpit mœstis lachrymas fundere, ac trophatum crucis, Christiq; passionis stigmata cōmemorare: Ave, inquit, alma crux quæ mudi premium portasti, quæ vexilla fers aeternæ: tu nostrorum vulnerum medicinam attulisti, tu cruce ejus illata es, qui ut humanum genus salvaret, de celo in hanc lachrymaturum vallem descendit: qui in te primi Ad rugam extendit, & secundus Adam factus, maculam generis humani lavacro baptismatis, & cruce fux passionis abluit. Cum hæc & his similia oraret S. Attala, rogat fratres ut à se recederent, si bijs paulisper locum secretum præberent. Absuntibus ergo omnibus, unus tantum frater nomine Blimundus post tergum viri Dei tanto anhelitu desiderio stetit, ut cogitaret, se viri Dei poplites fessos orationum conatibus labefactari vidiſſet, se ad sufficiendum eum paratum esse. Cū ergo nullum supereſſe. Pater putaret, cœpit conditoris clementiam cum lachrymarum ubertate flagitare, ut largitatis suæ sibi, ac si indigno famulo suo dona largiretur, & verteret maculas de leuis omnia saluti reintegretar: ac antiquam misericordia exercens, et a celesti munere non abdicaret. Inter hæc inēta suspiria & fluentes lachrymas celos intuens, vidit sibi eos apertos: quos multarum horarum spatio affectuose inspiciens, uberes cordis rugitus e misit. Gratiæ deinde referens omnipotenti Deo, qui sibi januas coeli apertas adhuc viventi in carne demonstravit, quas post paululum corporis membris depositis penetratus esset, facta signo, ut fratres advenirent, præcepit, ut eum cella domicilio reportarent. Hæc nobis supradictus frater eadem die rerulit, quantæ consolationis certitudinem Dñus famulo suo ostenderit, ut extreum halitum securus de futura vita ovans ad coelum dimitteret. Quod viri Dei libenter occultare voluisse, si supradictus Blimundus abdite post ejus dorsum non remansisset. Altera die valefaciens omnibus fratribus vir Dñi sanctus Attala, exhortabatur eos, ut cœptum iter sacrae religionis non relinquerebant: sed ut melioribus actibus roborari, quotidie perseverando firmarent. Consolatis ergo cunctis, vita præsentis nexibus absolutus, animam celo feliciter reddidit. Merito itaq; rerum conditor, & humani generis reparator sanctos suos virtutum copia adornans, sicut scriptum est in lib. Sapientia, Spiritus ejus ornavit celos: quia illi ad cœlestem vitam anhelantes, ejus præceptis parere semper student: ut de labore obedientia fructum recipiant palam vitam aeternam, per Christum Dñum nostrum. Amen.

B E A T I P A T R I C I I
PRIMI PRÆDICATORIS ET EPISCOPI
TOTIUS BRITANNIÆ, VITA
E T A C T U S,
Liber. I.

SANCTUS Patricius, qui & Sochet vocabatur, Brito fuit natione: in qua etiam multa adversa in adolescentia perpessus, omni genti sua ac patriæ factus est in salutem. Hic in Britannis natus est à patre Calpurnio diacono, qui fuit filius Potiti presbyteri: & matre Concessa nomine, de vico Bannava, Tyburnia regionis haud procul à mari occidental, quem vicum dubitanter comperimus esse Nentria provinciæ, in qua olim gigantes habitasse dicuntur. Qui cum esset puer annorum 13. cum ceteris alijs multis capti ad barbarorum

insulam devectus est, & apud quandam gentilem immitem regeni in servitute detentus. Quam captivitatem sanctus Patricius secundum Psalmistæ præcepum cum tremore & timore Domino serviebat, in vigiliis & orationibus multis exegit. Centies enim in die & nocte similiter orabat, libenter reddens quæ Dei sunt Deo, & quæ Cæsar is Cæsari: incipiebatque semper in melius timere & amare Dominum omnipotentem, unde & Spiritus sancti gratia seruebat in eo. Quotidie autem pecora paſcebat cum ceteris servis regis, nec tamen quicquam minuit de opere divino. Frequenter enim psalmos & hymnos ruminabat, & ad venias faciendas furabatur horas. Unaquaque die laborabat ad opus Dei, & noctibus similiter, propriæ non parcens corpori, ita ut in sylvis & montibus manens, antelucem abscondeſſe surgeret ad orationem. Per nivem enim & gelu, per pluviam & pruinam laborans nihil mali sentiebat, neque illa pigritia erat in eo. In tali ergo labore positus, quadam nocte in somnis audivit vocem dicentem sibi: Benè jejunias & oras, cirò iturus es ad patriam tuam. Deinde post parvum tempus audivit vocem dicentem sibi: Ecce navis tua parata est. Et ita invenit manæ, ut dictum est ad eum. Cucurrit igitur mane contra mare 200 milia passuum, ut veniret ad navem, & venit ubi nunquam antea fuerat, nec ubi nouum quenquam habebat, relinquens homines cum quibus fuerat, caprivos septem annis. Sic ergo currens in virtute Dei, qui viam ejus dirigebat, nihil metuebat, donec veniret ad navem à Deo sibi preparatam. Et ipsa die qua venit, profecta est navis de loco suo. Naucleus vero cum locutus esset ad eum de mercede navis, ille respondit, se non habere. Quod verbum gubernatori satis displacebat, & graviter eum, quod sine naulo suam ingressus fuerat navem, cum indignatione corripuit, & de navi mox perturbavit, dicens: Nequaquam tu nobiscum ibis sine naulo. Hæc audiens & sentiens, ac patienter perserens, separavit se ab illis cum gemini & lachrymis, orans ad Dominum, ut sui mitereretur, & iter ejus disponere dignaretur. Sed antequam orationem consummasset, audivit unum ex illis fortiter exclamantem post eum, & dicentem: Reverte juvenis, quia vocant te homines isti. Qui statim Deo gratias agens, reverſus est. Et cœperunt nauis dicere ad eum: Veni nobiscum juvenis, & esto nobis in auxilio: videamus enim virtutem Dei tui tecum esse; quapropter ex fide recipimus te, ut facias nobiscum amicitiam contra incommodes & pericula maris, ac vasitatem longæ solitudinis, quam transituri sumus. Eadem die cœpit Patricius predicare nautis verbum Dei, & timorem ejus. Nam sperabat illos ad fidem Christi venturos, quia gentes erant: & hoc ordine converlatus cum illis, accipiebat ab eis fructum prædicationis, vistum videlicet sua necessitatibus. Navigantes ergo per vastum aquor, post tria diua cœperunt tetram contra solitudinem: ita tunc exentes de navis, 28. dies ambulaverunt per desertum, & cibis defuit illis, famisque afflictio invaluit super eos. Tunc cœpit gubernator dicere ad Patricium: Quid est nunc Christianæ? Tu dicas, quia Deus tuus magnus est & omnipotens, & clementer eū, nihil de est: quare ergo non potest nos salvare à periculo famis, qui verba fidei ejus per tuam prædicationem suscepimus? In dubio est enim, ut aliquem hominem unquam videamus, sed potius in hac solitudine fame omnes moriamur. Quos statim beatus Patricius consolans, sic allocutus est, nolite despere fratres, sed convertimini ex toto corde de infidelitate vestra ad Dominum Deum meum, quem prædici vobis, quia nihil est impossibile ei. Confidite ei, & orate ex corde, ut hodie cibum mittat sufficientem in viam vestram, quia omnium bonorum abundantia est illi. Nam ejus est orbis terræ, & plenitudo ejus: & ipse potens est ubique terrarum, spes omnium finium terræ, & in mari longè. Clamantibus autem illis & orantibus, & le credituros esse vota facientibus, ecce subito gressus porcorum in via ante oculos eorum apparuit. Quod videntes cœperunt laudare Dominum, & credidissent Christo per beatum Patricium: & expleti laudibus